



Universitätsbibliothek Paderborn

Exhortationes|| Ad|| Religiosos

Dirckinck, Johann

Coloniæ Agrippinæ, 1704

1. Liber generationis Christi continet, væ peccatoribus, lamentationes pœnitentibus, carmen justis. Thema. Liber generationis Jesu Christi. Matth.
1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51834](#)



P A R S I I.
EXHORTATIONES DE FESTIS
B. V. M A R I A E.
EXH O R T A T I O I
PRO FESTO IMMACULATÆ CONCEPTIONIS
B. V. M A R I A E,
V E L
N A T I V I T A T I S E J U S D E M.

De Libro generationis.

T H E M A.

Liber Generationis JESU Christi, Matth. I.



Ropheta Eze-
chiel c. 2. re-
censet , visio-
nem se habuisse
admirandam: Et
vidi, ait, & ecce
manus missa ad
me , in qua erat
involutus liber: & expandit illa corā me,
qui erat scriptus intus & foris. At quid
in eo exaratum erat? Et scripta erant
in eo lamentationes , & carmen & va.
Mirabilis profecte Liber, qui trifolia
simul ac lata contineat: raro ejusmo-
di libri ab hominibus componuntur:

solus Deus Librum talem conscribit:
is enim cum unicuique reddat secun-
dum opera sua : ac proinde quod cu-
que convenit, tribuit; cui vx, va; cu-
lamentationes, lamentationes, cui cu-
men, carmen: hinc tria illa in libro hoc
conjugit, ad indicandum omnibus
(ut Interpretes exponunt) vx peccato-
ribus , lacrymas & lamentationes
pœnitentibus, carmen justis; cuique
tribui secundum meritum eorum, Huc
Ezechielis libro haud absimilis est Libe-
r generationis JESU Christi : in
quo triplici quoque, ut in priore, ho-
minum statui insinuatur , quid sibi
sperandum

spetandum veniat; scilicet vñ peccatoribus, lamentationes pœnitentiæbus, carmen justis.

Nos hodie, Charissimi, hac tria in eo legemus, non ad tristitiam, sed ad gaudium & consolationem, ac B. V. Maria Matri nostræ amantissimæ honorem & amorem.

I. Prima lectio, quam in Libro Generationis JESU Christi Domini nostri legimus, est: *Vñ peccatoribus*. Tales inter alios fuere Reges Abias & Achaz in Libro Generationis nominati. De Abia L. 3. Regum c. 15. legitur: *Ambulavitque in omnibus peccatis Patris sui*: Qui etiam nominatur, scilicet Roboam. De Achaz Rege habemus L. 4. Regum c. 16. Illum eò impietas devenisse, ut Filium suum Demonibus immolarit. At quæ pœna fecuta celestos? Mali male perditi: perierunt, & in sceleribus suis mortui sunt. *Vñ ergo peccatoribus*. Videte Charissimi, & bene notate: prædicti Reges fuere Christi Domini Majores & Progenitores: ipse Dei Filius & Mater ejus sanctissima, ex horum stemmate & sanguine descendere, & tamen aeternum perierunt; nec ipsa JESU Christi consanguinitas, ab aeterna damnatione eos vindicavit. S. Chrysostomus serm. 122, ait: *In felix, quem sic ipsa origo arguit, quem sic ipse lucis Author penitus addicit. Infelix, cui in iudicio pro magnitudine criminis, non misereri Genitor, non Pater ignorare, non affectus novi subvenire. Merito supra hos Reges, meritò supra unumquemque peccatorem inclamamus: quisquis es, cujuscunque statu*

es, si peccator es, infelix es, quem sic ipsa origo arguit. *Vñ peccatoribus*. *Vñ ego dicit Dominus, Jeremiæ c. 22.* si fueris peccatoris annulus in manu dexteramea, inde evellam eum. Annulus signum nobilitatis & excellentiae est: nemo tamen sceleratus ei fidat; nam contemnetur, evelletur, abjectetur. Una, vera, sola, & communis Christo nobilitas est, (pergit aureum illud Os hom. 45.) ut voluntatem Dei facias: *hic propinquitatis modus multo melior est*. Si quis fecus fecerit, nulla nobilitatis, nulla propinquitatis à Christo habetur ratio, sed pronuntiat *Vñ peccatoribus*. Dixit enim: quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? qui facit voluntatem Patris mei, ille meus Pater & Mater & Frater est: coram supremo Judice nullum est discrimen Regis & subditis, divitis & pauperis, consanguinei & extranei; si in peccatis fuerint, condemnabuntur: *Vñ peccatoribus*: *Vñ impio ait Iffias c. 1.*

Ex hoc æquo & impartiali iudicio Dei, videtis Charissimi, quid vobis, si in mundo manifletis, expetandum fuisset: certè non aliud nisi *Vñ peccatoribus*. Ne verò viâ coepit pergere mus, intercessit B. V. Maria: *hac stella maris radium lucis obtinuit, quo pericula mundi agnosceremus, & vocacionem ad Religionem nostram impetravit, atque ita à vñ nos liberavit; quid rependemus, prævidens illa nostra peccata, & nos si in seculo maneneremus, perrecturos in illis, atque ita vñ peccatoribus debitum, vñ aeternum incursuros, miserta nostri Filio supplicavit, filum peccatorum præscidit,*

à via peccati ad viam virtutis deduxit : quid reddemus ? 1. Gratitudinem tota vita erga liberatricem : 2. Amorem , & devotionem singularem erga tantam Benefactricem : centies & millies piè recitando Ave , quod à vñ perpetuo nos liberaverit.

II.
Lamenta-
tiones pre-
nuntiabu-

l. Altera lectio , quam in libro Generationis Jesu Christi legimus est: *Lamentationes Parvitetibus*. Has docent Rex Ezechias & David in hoc libro commemorati. De Rege Ezechia meminit Isaías c. 38. *Flevit Ezechias fletu magno*. Quem latent lacryma & lamentationes Davidis , quas ipse describit Psal. 41. *Euerant mibi lacrymae pa- nes die ac nocte*. O felices lacrymae que omne gaudium superant . Deoque ita placuerunt , ut sic Reges penitentes libro generationis Jesu Christi inscriberent , veniamque peccatorum obtinuerint . Ezechias enim ex ore Isaiae audivit : *Exaudita est oratio tua*. David autem : *Transtulit Dominus pec- catum tuum* 2. Reg. 12. O quanta est vis talium lacrymarum ! S. Bernardus ferm 1. in octav. Pasch. ait : *est Baptis- mus aliquis in compunctione cordis*. Praeclarè admodum scribit S. Chrysostomus in Psal. 50. *In codice sunt scripta peccata tua; spongia peccatorum tuorum, lacryma sunt tua, effunde lacrymas & delebis*. Ita evenit Ezechias & Davidi Regibus , qui in numero eorum scripti fuere , quibus vñ inclamandum fuit , sed lacrymis peccata sua delebunt ; ut hodie inter lamentantes legerentur.

Nativitas tua , Dei Genetrix , gaudi- um attulit universo mundo ; & in pri-

mis nobis , per te enim , à vñ peccatori- bus incumbente liberati sumus : quod gratiam habuerimus poenitentiam agendi ; tuum est beneficium : quod integrum hebdomadem habuerimus , peccatorum malitiam considerandi , & conscientia latebas scrutandi & ex- cutiendi , tuum est beneficium : quod exhomologein de tota vita instituerimus , non aliter ac si paulò post vitam clausuri fuissemus , peccata planxi- mus , & lamentati fuerimus , eadem la- crymis , si non externis , saltē internis seu spiritūs , desleverimus , & quasi spougiā deleverimus , tuum est benefi- cium : quod haec tenus , vel ab anno , vel à biennio lapsi in pristina delitac- sumus , (quod optimum exhomolo- geseos rite peracta signum est) tuum Virgo beata est beneficium ! Quid ver- reddemus Benignitati tua , nisi ut con- stanter tibi filio tuo adhæremus , fideliter serviamus , & propolum nunquam amplius graviter peccandi firmiter observemus ? Imitabimur Catharinam Genuensem , qua in cot- tritione cordis per plures mentes per- durans , illud solum ingeminabat : *Nisi amplius mundus; non amplius pecca-*

mus Idem dicemus : tenter nos mundus- nuò ; sed non amplius mundus : tem- caro foedis voluptatibus , tenter do- mon pravis fugellationibus , sed non amplius peccata .

III. Tertia lectio , quam in Libro Generationis JESU Christilegimus est *Carmen justis*. Quales hic plures numerantur , Abraham , Isaac , Jacob , Joseph . *Carmen justis* : sed in primis jo- stissima ac Principi justorum Virgili

Maria

Mariæ. Carmen tibi & lætitia, ô Diva Virgo! in hoc Libro Generationis scribitur: quia JESU Christi Filii Dei Mater denuntiaris, ac inde omnium hominum es felicissima, perfectissima, dignissima. Te enim Deus elegit & prælegevit in dilectam Patris æterni Filiam, Filii Matrem, & Sponsam Spiritus Sancti. Gaudere igitur & exultare debes, débentque omnes tibi aplaudere; & jubilum ac carmen dicere, atque beatam prædicare inter omnes Generationes. Itaque Carmen tibi, ô sanctissima infantula! sed & carmen Nativitate tua omnibus justis!

1. Lætitia & carmen lætitia justis parentibus tuis Joachimo & Anna; ex quibus, licet ad senium usque sterilibus, mirabiliter nata fuisti, si enim Abraham in Nativitate Iсаac, Anna in Nativitate Samuelis, Zacharias in Nativitate Joannis Baptista lætitia exultarunt; paulò magis parentes tui, in ortu tuo: gloriofa Domina & Mater Domini! 2. Lætitia & jubillus omnibus justis in Limbo, omnibus justis Patriarchis & Prophetis, qui hodie, intellecto ortu Matris Redemptoris, lætitia inenarrabili sunt perfusi: quod aurora jam processerit, lóque brevi sit subsecuturus. 3. Lætitia & harmonia amoenissima justis Spiritibus Angelicis in celo; quod nata sit Mater Domini, per quem ruina Angelorum Apostolorum instauranda. 4. Lætitia & jubilatio quoque tibi ô inexhausta securitudo omnis justitiae, Sanctissima Trinitas!

qua hodie opus nobilissimum perfecisti; Lætitia Patri æterno, qui Filio te præparavit habitaculum; Lætitia

Dei Filio, qui matrem obtinuit, à qua nascetur & lacte virgineo pascetur: Lætitia etiam Sancto Spiritui, qui hodie ejusmodi templum adeptus est, in quo semper quiere, & absque turbatione requiesceret. 5. Denique lætitia & carmen lætitia ac jubilus omnibus justis in mundo; quoniam post tenebras diurnas aurora prodiit, quam Sol justitiae Christus Dominus brevi subsequetur. Hinc Ecclesia meritò canit: *Nativitas tua Dei Genitrix gaudium annuntiavit universo mundo;* ex te enim ortus est Sol justitiae, Christus Deus noster. Qui solvit maledictionem, & confundens mortem donavit nobis vitam sempiternam.

Si itaque carmen justis omnibus, erit utique, & vobis, charissimi: *Lætamini in Domino & exultate justi;* & gloriamini omnes rebus corde: Lætamini igitur hodie: quia in Nativitate B. V. Mariæ panditur Liber Generationis JESU Christi & omnium Electorum: Lætamini: hodie aperitur vobis porta, quâ coeli adya ingrediamini: de qua Psal. 117. *Hec porta Domini, justi intrabunt per eam.* Lætamini: quia B. Virginis Dux est vestra sicut & omnium justorum, deducens ad terram promissionis; assimilata columnæ ignis & nubis de qua Exodi 13.

Quapropter bene memoriæ infigamus primam lectionem, quam ex Libro Generationis Jesu Christi didicimus: *Va peccatoribus omnibus, cuiuscunque statu aut conditionis, etiam si ipsius Jesu Christi Regis æterni fuerint Progenitores & consanguinei.* Et gratias agite sanctissimæ Virginis, quod ejus

ejus intercessione ad Societatem Jesu
vocati, & ab hoc va liberati sitis. 2.
Inscribite quaque cordi veltra lectionem
secundam: *Lamentationes paenitentibus.*
Peccatoribus omnibus, aut paenitendum,
aut ardendum: maximumque reputare beneficium,
quod Virgo Beatissima vobis tempus & locum
opportuum, exercitis vacandi, paenitentiam agendi & peccata per exhortationem expiandi impertrabit: & statuite, ut propulsis firmiter nunquam
amplius in aeternum in grave scelus
consentire; & cum Religiosa vita sta-
tus sit paenitentia, omnia opera virtutum,
quorum iudex occasio frequentissima,
in satisfactionem peccatorum Deo offerte. 3. Insculpte denique
menti veltra lectionem tertiam: *Car-
men justis:* & cum hodie justi omnes, si-

ve in celo, sive in mundo, sive in Limbo de Nativitate Deiparae gaudeant; &
vos latamini, & exultare, quod ope &
precibus Benedicta Dei Matris Societati JESU, ceteri justorum aggregati
sitis, & tanto tempore, ut meritò con-
fiditis, in justitia perfitteritis, quod in
mundo inter tot præcipita, & lubri-
ciarum vix aut ne vix quidem feceris.
Quodsi vero tentatio, aut peti-
lum perdendu justitia denud occurrat,
ne animis cadatis, sed fiduciam in
Matre vestra habetote: respicite fel-
lam, vocate & invocate Mariam; illa
qua à va peccatorum vos liberavit,
qua ad lamen paenitentia & ad judici-
tum vos adduxit, non deferet; fedeli-
oriam obtinebit, ut triumphum &
laetum carmen justorum & hic &
coelesti gloria aeternam concinarat.

EXHORTATIO II PRO FESTO IMMACULATÆ CONCEPTIONIS

B. M. VIRGINIS.

Quā declaratur B. Virginem esse Templum Dei.

T H E M A.

De qua natus est JESUS. Matth. 1. c.



Architecto prudenti
ac perito domum
adificatu, ante
omnia ad incolam
& inhabitatorem
attendantum est;
quoque is est nobilior & præstantior,

et quaque præstantiore esse habi-
tionem decet; alia enim domus rufi-
co, alia civi, alia nobili, alia Principi
& Regi competit. Hodie cele-
stis Architectus, Sapientia aeterna
adificavit sibi domum, quae est Beati-
ma Virgo Maria. Incola erit Salvator
mundi;